



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

16. Beneficia curata in simplicia conuerti non possunt, etiam cum assignatione vicarii perpetui, & quæ in curata redacta fuerint, post mortem vicarii, vel Rectoris redeant ad pristinam naturam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

- Canonici in eodem monasterio siue Ecclesia.
28. Decretum hoc non prohibere quin pater & filius possint celebrare Missam in eadem Ecclesia, dnm modo ambo non obtineant beneficium in ea, sed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quod relictum sit Missam celebrantibus, attestantur resolutum. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 72. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 33. Campan. d. cap. 13. num. 67. in fine, Sigismund. à Bononia d. dub. 75. num. 7. in princip. Lauer. dict. cap. 16. num. 54.
29. Vnde non esse molestiam exhibendam illegitimo Presbytero celebranti Missam ob quoddam legatum in eadem Ecclesia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic casus non sit prohibitus à Concilio, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 73. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 34. Campan. loco proxime citato. Castro Palao d. puncto 2. num. 17.
30. Patrem & filium posse insimul processionaliter incedere, vnum tanquam beneficium, & alterum tanquam capellanum diuersarum Ecclesiarum, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 68. in 2. declar. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 30. obseruantes quod si processionaliter accederent ad Ecclesiam, in qua pater obtinet beneficium, filius non poterit aliquo modo inuicere, refero Ego ipse d. allegat. 65. num. 22.
31. Filium illegitimum non prohiberi in hoc text. cum patre habitare, dicunt resolutum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 74. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 35. Fr. Sigismund. à Bononia d. dub. 75. num. 7. vers. septimo, Ego ipse d. allegat. 65. num. 14. Lauer. d. cap. 16. num. 55.
32. Nec pensiones, &c. Filios illegitimos habere non posse pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt, tradunt Seraphin. d. decis. 1442. num. 15. Stephan. Gratian. d. cap. 397. ex num. 24. Campan. d. cap. 13. num. 70. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 186. n. 3. part. 4. Castro Palao d. puncto 2. num. 10. Ego ipse d. alleg. 65. num. 6. Rot. decis. 549. num. 4. part. 2. recent. & fuit dictum in Meliten. pensionis 12. Maij 1614. coram bona memor. Burrato inter eius impressas decis. 53. num. 3. vbi Ferentil. in annot. lit. B. Intellige de referuatis post Concilium, non ante Concilium, Nota decis. 12. num. 2. apud Farin. part. 2. in posthum.
33. Filium legitimum non prohibere habere pensionem super beneficio paterno, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 35. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 9. vbi num. 47. subdit dispensandum esse cum filio obtinente pensionem in Ecclesia in qua pater habuit Canonicatum, quem resignauit Sel. in select. Canon. cap. 92. num. 5. vbi ita refert decimum sub die 11. Ianuarij. 1601.
34. Dispensationem huius text. ac illius prohibitionem intrare si Antonius legitimus obtineat Canonicatum, illudque resignet in fauorem Nicolai, referuata pensione super Parochiali, quam Mattheus pater Nicolai obtinebat de contentu patris, cum ipse pater in fraudem concessisset pensioni censeatur, referunt decimum Nicol. Garc. dicto cap. 3. num. 87. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. numer. 41. Ego ipse dict. alleg. 65. num. 27.
- Clericum habentem facultatem transferendi pensionem posse illam transferre in suum filium illegitimum, resoluunt Gig. de pensionib. quæst. 86. num. 5. Flamin. Paris. de resign. benefic. lib. 6. quæst. 4. num. 21. & 22. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 5. num. 22. & 23. AZOR. instit. moral. part. 2. lib. 8. cap. 8. §. 7. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 34. Stephan. Gratian. d. cap. 397. num. 1. & 7. Aloyf. Ricc. in collect. decis. num. 4. collect. 1367. in fine, & d. Neapolit. decis. 186. num. 1. & 7. Ego ipse d. allegat. 65. num. 27. Aldan. d. lib. 5. tit. 18. num. 13. vbi refert sic fuisse decimum in Zamoren. 9. Nouembrijs 1619. & in alia sub die 15. Septembris 1629.
- ¶ Vel alias obtinuerunt.] Non dici obtinuisse beneficium ad hoc vt comprehendatur sub hoc decreto, ille qui fuit prouisus, & litteris non expeditis ac possessione non habita cessit alteri, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 56. in 2. & 3. declar. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 22. Campan. d. cap. 13. num. 67. vers. si vero.
- ¶ Cogatur filius suum beneficium resignare.] Vide Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 18. num. 38. vbi dicit resolutum mortuo parte non teneri filium illud beneficium dimittere.
- Filium illegitimum, qui vigore huius decreti resignare tenebatur, non esse excusatum à resignatione, quamuis super eo alter haberet regressum, & etiam si fuerit locus regressus, & quod regressum habens nolet cōsentire, oblata tamen prius resignatione cum honesta pensione, & non acceptata admitti resignationem, & regressum suspendi vsque ad cessum, & decessum resignatarij, referunt decimum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 78. in 1. & 2. declar. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 37. & 38.
- Patrem, qui est coadiutor filij in Canonicatu, teneri cedere omnē ius filio, posse tamen sibi aliquem seruare fructum, aut pensionem, dicit resolutum Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 43. Garc. d. part. 7. cap. 3. num. 80. vbi num. 86. addit fuisse partem decimum non esse concedendum vt filius posset retinere Canonicatum, quia agitur de succedendo de nouo, & sic de acquirendo beneficium, in quo patet, contra hoc decretum.
- ¶ Alias ipso iure eo priuatus existat, &c.] Præsumptam dispensationem, in qua fundatur reg. de trienniali, non habere locum contra decretum huius cap. ita vt possidentes beneficium contra eius dispositionem ex tali præsumpta dispensatione suam possessionem tueri valeant, referunt decimum Nicol. Garc. d. c. 3. num. 88. Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 42.
- ¶ Ad hac reciproca resignationes, &c.] Vide Nauar. conf. 5. in antiq. alias conf. 10. in nouis, de renuntias. Sayro in floribus decis. sub hoc tit. decis. 6. Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 56. num. 9. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 14. quæst. 9. & quo pacto probentur, vide Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 5. collectan. 1705. Castro Palao d. puncto 2. num. 18.
- Decretum hoc disponere tantum circa reciprocas resignationes post ipsum Concilium in fauorem filiorum, faciendas, ait resolutum Armendar. d. l. 1. de filiis Presbyter. num. 5.

Beneficia Curata in simplicia conuerti non possunt, etiam cum assignatione Vicarij perpetui, & que in Curata redacta fuerint post mortem Vicarij, vel Rectoris redeant ad pristinam naturam.

C A P V T X I V.

- | | |
|---|--|
| 1 Doctores de materia cap. agentes. | ab Ecclesijs parochialibus, si illis vniuersa essent. |
| 2 Beneficium Curatum quod dicatur. | 5 Beneficia simplicia in Curata ab Ordinario conuerti non possunt. |
| 3 Parochiales Ecclesie in simplicia beneficia conuerti non possunt. | 6 Parochialem Ecclesiam in Collegiatam erigere non potest Episcopus. |
| 4 Beneficia simplicia non potest Ordinarius separare | |

S Tatuit sancta Synodus, vt Ecclesiastica beneficia secularia, quocumque nomine appellentur, a que curam animarum ex primeua eorum institutione aut aliter & quomodocumque retinet, illa deinceps in simplex beneficium, etiam si assignata Vicario perpetuo congrua portione, non conuertantur, non obstantibus quibuscumque gratijs, quæ suum plenarium effectum non sunt consecutæ. In ijs verò, in quibus cōtra eorum

Sessio XXV. de Reformat. Cap. XVI. & XVII. 427

eorum institutionem, seu foundationem cura animarum in Vicarium perpetuum translata est, etiam si in hoc statu ab immemorabili tempore reperiantur, si congrua portio fructuum Vicario, quocumque nomine is appelletur, non fuerit assignata, ea quamprimum, & ad minus intra annum à fine presentis Concilij, arbitrio Ordinarij, ^a iuxta formam decreti sub sel. rec. Paulo III. assignetur. Quod si id commodè fieri non possit, aut intra dictum terminum factum non erit: cum primum per cessum vel decessum, Vicarij, seu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacauerit beneficium, curam animarum recipiat, ac Vicarij nomen cesset, & in antiquum statum restituatur.

^a Suprà sess. 7. de reformat. c. 7.

1. **V** Ide Nicol. Garc. de benef. part. 1. 2. cap. 2. num. 87. Maril. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. ult. casu 69. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore eccles. decis. 492. in 1. edit. aliàs resol. 383. num. 6. & 7. in 2. edit. latè Monet. de commut. ultim. volunt. c. 11 num. 64. cum seqq. metipsum de offic. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 68. num. 9.
2. **a** Quæ curam animarum, &c.] Quod dicatur beneficium Curatum, & quæ parochialis Ecclesia, dixi latè de officio & potest. Parochi cap. 1. ex num. 35. Et ad hunc effectum ne in simplex conuerti possit per Episcopum, Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore eccles. decis. 2. in 1. edit. aliàs resol. 618. in 2. edit. §. Quomodo in quæ retinetur.] Beneficia secularia ecclesiastica, quæ curam animarum habent, quomodocumque non possunt conuerti in simplex beneficium, vt per Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. vni. §. 3.
3. **y** In simplex beneficium, &c.] Parochiales Ecclesie in simplex beneficium conuerti non possunt, etiam in aliqua parte fructum ipsarum Parochialium, vt refert decem Nicol. Garc. d. part. 1. 2. cap. 8. num. 87. & Aloyf. Ricc. d. resol. 383. num. 6. & 7.

Beneficia simplicia, siue Oratoria, non poterit Ordinarius separare ab Ecclesijs parochialibus, si illis vnita essent, etiam si illis separatis Parochiales non egeant. Nicol. Garc. & Aloyf. Ricc. locis proximè citatis.

Nec etiam vice versa beneficia simplicia in Curata ab Ordinario conuerti possunt, sicut attestantur resolutum Aloyf. Ricc. in praxi rerum fore eccles. decis. 492. in 1. edit. aliàs resol. 383. num. 6. & 7. in 2. edit. Nicol. Garc. d. part. 1. 2. c. 5. num. 3. vbi intelligit, cessante causa & necessitate, nam ea interueniente, Ecclesiam simplicem in Curam & parochialem erigere posse Episcopum, tenent Rebuff. in praxi benef. tit. de erect. in Curatam, & parochialem, Azor. instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 29. quæst. 25. & lib. 6. cap. 30. q. 3. & 4.

Episcopus non potest erigere Ecclesiam parochialem in Collegiatam, vt per Aldan. in compend. Canon. resol. lib. 3. tit. 5. nu. 2. vbi refert sic fuisse decem à S. Congregat. Rit. in Caputaquen. 12. Iulij 1628.

§ Assignata Vicario perpetuo congrua portione.] Vide posita ad cap. 5. & 7. sess. 7. de reformat. & nouissimè Tambur. de iure Abbatum tom. 3. dist. 9. quæst. 19.

Episcopi dignitatem suam conferuent, nec Principibus, vel Baronibus secularibus assistant, aut inferuant.

C A P V T XVII.

1. **D**octores de materia cap. agentes.
2. **E**piscopus in omnibus suæ diocesis Ecclesijs quantumuis exemptis, est honorandus.
3. **H**onor & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari.

4. **E**piscoporum principatus omnia ciuilia Regna, & potestates antecellit.
5. **E**piscopatus dicitur culmen omnium dignitatum.
6. **P**rinces Catholici semper Episcopos magni habuerunt.

^a Vide Concil. Agath. c. 23. nec Episcopo posteroem finit priori præponi. & 1. Braccar. 24. c. quanto, de off. ordin. & supr. sess. 24. de reg. c. 4. b. Suprà c. 6. cap. Valentinianus, 63. d. c. Episcopus in Ecclesijs, 95. dist. cap. quis dubitet, c. duo sunt, cum seq. 96. dist. & c. folite de maior. & obed. 5.

Non potest sancta Synodus non grauius dolere, audiens Episcopos aliquos, sui status ^a oblitos, Pontificiam dignitatem non leuiter dehonestare: qui cum Regum ministris Regulis, & Baronibus in Ecclesia, & extra indecenti quadam demissione se gerunt, & veluti inferiores ministri altaris, nimis indignè non solum loco cedant, sed etiam personaliter illis inferuunt. Quare, hæc, & similia detestata sancta Synodus, sacros Canones omnes, Conciliaque generalia, ^b atque alias Apostolicas sanctiones ad dignitatis Episcopalis decorum, & grauitatem pertinentes renouando præcipit, vt ab huiusmodi in posterum Episcopi se abstineant: mandans eisdem, vt tam in Ecclesia, quam foris suum gradum, & ordinem præ oculis habentes, vbique se Patres, & Pastores esse meminerint: reliquis verò tam Principibus, quam cæteris omnibus, vt eos paterno honore, ac debita reuerentia prosequantur.

1. **V** Ide Vgolin. de officio, & potest. Episcopi, cap. 3. in princ. nu. 1. metipsum in simili tractat. part. 2. allegat. 1. à princ. nouissimè Alzedo in praxi Episcop. part. 1. cap. 12. de præminentia, ac pralatione Episcoporum.
2. **E**piscopus in omnibus suæ diocesis Ecclesijs, quantumuis exemptis, & priuilegiatis, est honorandus, eique in choro, Capitulo, & processionibus ac alijs actibus publicis primus locus, & prima sedes, quam ipse elegerit, danda est, nec potest prohiberi quominus in dictis Ecclesijs, etiam exemptis, Pontificalia exerceat, immò potest Episcopus contra dictores pœnis, & censuris ecclesiasticis compellere, vt per Aldan. in compend. Canon. resol. lib. 3. tit. 3. n. 10. vbi refert sic fuisse decem à S. Congr. Rit. in Tullen. 6. Decembris 1613.
3. **H**onor, & sublimitas Episcopalis, inquit S. Ambros. de dignitate Sacerdotum, cap. 2. nullis potent comparationibus adæquari, si Regum fulgiori compares, & Principum diademati longè erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares.
4. **Q**antum cælum terra pretiosius est, quantumque anima corpori, spiritus carni, diuina humanis præstant, Barbos. Collect. in Concil.

tantum Episcoporum principatus omnia ciuilia Regna, & potestates antecellit, ex Nazianz. in orat. 17. ad cines Nazianzenos, & Chrysof. lib. 3. de Sacerd. Vnde S. Ambros. vbi suprâ cap. 3. proficitur nihil in seculo sublimius Episcopi reperiri posse, & nihil esse Episcopo excellentius.

Episcopatus igitur dicitur culmen omnium dignitatum, cap. venerabilis, de praben. ibi, ad culmina dignitatum, vbi omnes explicant, id est, ad Episcopatum, vt per gl'f. verb. dignitatum, in cap. 2. eod. tit. lib. 6. cum similibus, exornant Cassan. in Catalogo gloria mundi part. 4. consid. 25. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 2. num. 12. & plures citati ab Alzedo d. cap. 12. num. 1. consonat cap. 1. sess. 24. de reformat. vbi Episcopus dicitur super omnes gradus constitutus, & suprâ hac eadem sess. cap. 6. vers. Episcopus præterea, vbi dicitur Episcopis primam deberi sedem, & præcipuam omnium rerum agendarum auctoritatem, exornat Sbroz. de officio vicar. in pres. à princ. & præcipuè à num. 9. immo & Angelis præcellere, quatenus Ecclesiam regere scientia diuinitus communicata datum est, multis probat Thom. Bosi. de signis Ecclesie tom. 2. lib. 16. cap. 9.

Quare ab ipso nascentis Ecclesie exordio Principes 6. Nn 4 Catho-